

The Center for Research Libraries scans to provide digital delivery of its holdings. In some cases problems with the quality of the original document or microfilm reproduction may result in a lower quality scan, but it will be legible. In some cases pages may be damaged or missing. Files include OCR (machine searchable text) when the quality of the scan and the language or format of the text allows.

If preferred, you may request a loan by contacting Center for Research Libraries through your Interlibrary Loan Office.

Rights and usage

Materials digitized by the Center for Research Libraries are intended for the personal educational and research use of students, scholars, and other researchers of the CRL member community. Copyrighted images and texts are not to be reproduced, displayed, distributed, broadcast, or downloaded for other purposes without the expressed, written permission of the Center for Research Libraries.

© Center for Research Libraries

Scan Date: March 14, 2008

Identifier: d-l-000021



P-60036424

JUN. 2 1911

INDICEM

SCHOLARUM PUBLICE PRIVATIMQUE

IN

HAMBURGENSIMUM GYMNASIO ACADEMICO

A PASCHATE 1822 USQUE AD PASCHA A. 1823 HABENDARUM

EXHIBET

Diss

JOANNES GEORGIUS CHRISTIANUS LEHMANN,

MED. ET PHILOSOPH. DR. IN GYMNAS. HAMBURGENS. ACADEMIAE CAESAR. LEOPOLD. CAROL. NATURAE
NATURAL. PROFESS. PUBL. BIBLIOTHECAE CIVITATIS PUBL. PRAEFECTUS;
HORT. BOTAN. DIRECTOR; ACADEMIAE CAESAR. LEOPOLD. CAROL. NATURAE
CURIOSORUM, SOCIET. HIST. NATURAL. BEROLINENSIS, HALENS.
LIPSIENS. MARBURGENSIS; PHYTOGRAPH. RATISBON. HERBIPOL.
MINERAL. JENENSIS ET ALIAR. SOCIET. LITT. SODALIS,

H. A. GYMNASII RECTOR.

INEST ZOOLOGICARUM PRAESERTIM IN FAUNAM HAMBURGENSEM OBSERVATIONUM
PUGILLUS PRIMUS.

HAMBURGI, 1822

TIPIIS JOANNIS AUGUSTI MEISSNERI, AMPLISSIMI SENATUS, GYMNASII
ET JOANNEI TYPOGRAPHII.

MIDWEST INTER-LIBRARY CENTER
CATEGORY

CHAPTER

THE

WATER

WHEEL

WATER

OBSERVATIONES ZOOLOGICAE
PRAESERTIM
IN FAUNAM HAMBURGENSEM.
PUGILLUS PRIMUS.

S O R E X.

Cuvier. Le règne animal distribué d'après son organisation.

Tom. 1. 1817, Pag. 132.

Illig. Prodr. syst. mammal. et avium. Berol. 1811, Pag. 124.

Inter mammalia antiquis non ignota una quoque species ex genere Soricis numeranda est. De Sorice araneo enim, quem Plinius murem araneum vocat, plures disserunt neque tamen accuratam illius cognitionem exhibit. A nomine illo antiquo Gallica vox musaragne atque postea *musaraigne*, quae totum illud mammalium genus significat, tracta esse videtur.

Solidiorem plurium specierum cognitionem Gallis historiae naturalis studiosissimis debemus. Usque ad annum 1756 una tantum

species ex genere illo nota fuit, cuius effigiem fide dignissimam Daubenton in: Mémoires de l'Academie royale des sciences, année 1756. Tab. 5, dedit. Alteram eamque novam tunc temporis speciem, quam Erxleben postea in honorem viri doctissimi Soricem Daubentonii nominabat, Daubenton l. c. Pag. 203 descriptsit, atque tabula 5 expressit. Nomen vero illud obsolevit et Sorex fodiens nūc nominatur.

Alias species clar. Hermann, Professor Argentorat. primus cognovit, atque clar. Schreber effigies illarum exhibuit. (Mammal. Tab. 149 B, C et D.) Anno 1804 demum, post mortem Hermanni, in observationibus illius zoologicis, ab Hammero editis, descriptionem illarum specierum nacti sumus. Geoffroy-Saint-Hilaire anno MDCCCXI in: Annales du muséum d'hist. naturelle Vol. XVII, totum genus diligentius perscrutatus, separato Mygale a Sorice, multa hujus generis animalia descriptsit atque figuris expressit. Iterum anno MDCCCXV in: Mémoires du Muséum d'hist. naturelle Vol. 4, Pag. 299. hanc rem tractavit, atque notatis superioris scripti erroribus, accuratius de organis Soricis disseruit, et, quomodo odor, omnia animalia a Soricis carne deterrens, oritur, summa sagacitate demonstravit. Plures igitur de hoc genere mammalium descriptiones habemus, quibus variae species et vitae genus et consuetudines horum animalium illustrantur. Palladis quoque de hac re, quae memoretur commentatio, digna est, in: Act. Academiae imperialis Petropolitanae pro anno 1781. Pars 2. Pag. 314.

In nostra regione adhuc duae tantum a Daubenton descriptae species, per totam fere Germaniam quoque inventae, notae erant. Anno MDCCCXIX Mense Julio femina ex tertia nova et nondum descripta specie in sylva Sachsenwald dicta, non multum a Frie-

derichsruehe, capta est, quam ut nomine distinctivum exprimerem characterem, *Soricem macrourum* appellavi.

SOREX MACROURUS mihi.

D i a g n o s i s.

S. atro-cinereus subtus albidus, cauda subcompressa, corpore longiore.

D e s c r i p t i o.

Magnitudo fere *Soricis myosuri*, quem etiam facie et forma corporis aliquantulum refert.

Caput elongatum, superne subplanum: *Nasus* ultra maxillarum apicem productus, proboscideus, truncatus; *rhinario* prominulo, emarginato, fusco.

Dentes ut in *Sorice araneo*; *tritores* flavicantes, reliqui albi. *Vi-brissae* nigrae, breves, deorsum vergentes: setis duplii serie dispositis.

Oculi parvi: tunica iridea fusca.

Auriculae rotundatae, vellere obumbratae: *heligma* prominente.

Corpus dense pilosum, a cervice ad uropygium atrocinereum; gastraetum collumque albidum, albedine in latere adscendente. *Mam-mae* pectorales et ventrales 6.

Pedes pro genere breves, ambulatorii, plantigradi, pentadactyli: halluce brevissimo; digitri reliqui pilis rigidioribus subciliati: rhizo-rychiis porrectis unguibusque falaricularibus. *Planta*e denudatae, calloso-tuberculosa.

Cauda corpore longiore, lateribus subcompressa ab uropygio sensim attenuata, subtus sulco obscuro exarata, obsolete annulata.

M e n s u r a e.

Longitudo animalis	7	poll.	8	lin.
Longitudo a rhinario ad oculi bulbum	0	=	8	=
Longitudo a rhinario ad marginem auriculae poster.	1	=	1½	=
Longitudo rictus ab apice labii inferioris	0	=	5	=
Latitudo ab angulo oris ad oculum	0	=	3½	=
Latitudo capitis inter oculos s. distantia oculorum a se invicem	0	=	5	=
Latitudo capitis inter auriculas	0	=	7½	=
Longitudo auriculae	0	=	4½	=
Latitudo ejusdem in medio	0	=	4	=
Longitudo trunci (a cervice ad urópygium)	3	=	½	=
Corporis medii circumferentia	3	=	1	=
Longitudo pedum anticorum extra pellem	1	=	—	=
Longitudo palmae ab extremis unguibus ad callos	0	=	4½	=
Longitudo digiti medii cum ungue	0	=	2	=
Longitudo pedum posticorum extra pellem	1	=	2	=
Longitudo plantae a calcaneo ad extremos unguiculos	0	=	7½	=
Longitudo caudae	3	=	7	=
Circumferentia caudae ad uropygium	0	=	6½	=

A n a t o m i a.

Ut diligentius structuram hujus animalis observarem atque cum Soricetranco compararem, hunc quoque secavi, neque tamen quidquam, quo multum different, inveni.

Historia.

Haec nova species ex genere Soricis, quod vitam et domicilium attinet, non differre videtur a Sorice fodiente. Ex his fere causis illud putare adductus sum: primum, quia *Sorex novae* speciei supra descriptus in rivo sylvarum inveniebatur, deinde quia pedum digitos ut in Sorice fodiente setis longioribus rigidis et planioribus instructos observabam. Setis illis in aqua extensis et aquae superficiei oppositis eodem fere modo hoc animal utitur ut aves natantes pedibus palmatis.

VESPERTILIONIDAE. *)

Nulla mammalium familia pluribus novissimo tempore aucta esse videtur cognatis, quam Vespertilionidarum, nec ullam aliam, quae

*) Illiger in Prodromo systematis mammalium et avium (1811) Pag. 60 et 116 omnia mammalia volitantia uno nomine comprehendens, Volitantium ordinem constituit, atque in duas distribuit familias I. *Dermoptera* (*Lemur volans* L. cet.) et II. *Chiroptera* quo pertinent Vespertilioes generaque cognata. Cuvier familias illas separatas conjunxit. (Le règne animal distribué d'après son organisation (1817) Pag. 121). Oken Vespertilionidas in classis octavae tertii ordinis prima sectione posuit. (Okens Lehrbuch der Naturgeschichte, dritter Theil, zweite Abtheilung, Pag. 909 seq. 1816) Goldfusz animalium illorum genera in ordine decimo tertio habet. (Handbuch der Zoologie, zweite Abtheil. Pag. 454 seq. 1820).

memoretur, dignorem esse credo. Quibus ex causis facillime apparet, Vespertilionidarum familiam cum naturae tum physiologiae studiose observatione et perscrutatione dignissimam esse. Omnes Vespertilionidarum varietates et proprietates hoc quidem loco describere, nearumque ad cultum et victimum utilitatem demonstrare, non licet; sed libello singulari omnia, quae in familia illa memorabilia esse videntur, ut justum est, diligenter pluribusque verbis describemus. Nunc vero paucis tantum historiam hujus familiae adumbrare conabor, atque systematico ordine, quae multis commentationibus passim illustrata animalia Vespertilionidaru[m] familiae adnumeranda sint proponere. Ex quo quantum familia illa nostro tempore creverit, quisque sane perspicet, et persuasum sibi habebit, tanta in diem materia crescente, non unius viri esse, omnes, historiae naturalis partes aequa observatione et diligentia perscrutari, neque injustum neque inutile fore, ut propriam sibi quisque eligat partem, atque libellis singularibus, quae in illa parte diligentius disquisiverit, planiusque perspexerit describat. *).

Veteribus ¹⁾ Vespertilionidae, quas *runtæges* appellant et Vesper-

*) Monographiae multam mihi historiae naturali utilitatem adferre videntur, si quidem majorem sibi cylcum proponunt, neque unius provinciae vel urbis tantum animalia describunt. Sed de utilitate et necessitate talium libellorum, aliis locis, e. g. in Monographia generis Primularum, Lipsiae MDCCCVII. Pag. vi egimus, atque illuc delegare mihi lectores licebit, quia viri doctissimi opinionem nostram probarunt.

¹⁾ Arist. hist. animal. lib. I. c. 5; lib. III. c. 16; lib. IV. c. 11.
Herod. lib. III.

Strabo lib. XVI.

Blin. lib. X. c. 61; lib. XI. c. 63; lib. XI. c. 94.

tiliones; quia vespere circumvolant,²⁾ non satis cognitae fuisse videntur. Paucis tantum quarundam Vespertilionidarum proprietates neque easdem memorabiliores nobis narrant. Sed familia illa animalium diu sane nostris quoque ignota, neque satis illius natura atque indoles perspecta fuit; Conr. Gesner³⁾ enim Vespertilionidas avibus adnumerat, et Aldrovandus in ornithologia⁴⁾ Vespertilionidarum naturam exponit. Cum vero animalia illa vivipara foetus procreatos mammis alunt, neque plumis neque rostris praedita sunt, os vero

²⁾ Vespertilioes nomen habent quod vespere et noctu volare solent.

Gess. hist. animal Vol. 2. Pag. 766.

De horum animalium natura et nomine Ovidius his verbis loquitur:

Miminam pro corpore vocem

Emittunt: peraguntque levi stridore querelas.

Tectaque, non sylvas celebrant, lucemque perosae

Noete volant: seroque trahunt a vespere nomen.

Metamorph. lib. IV.v. 412 sqq.

Homerus in initio libri XXIV Odysseae, Vespertilioes hiemem versus cumulatim convenire, narrat; idemque libro XII Vespertilionum consuetudinem rebus obvenientibus adhaerendi et adnectendi memorat.

³⁾ Hist. animal. Vol. 2. Pag. 766.

⁴⁾ Aldrov. Ornithologia. Lib. IX. De avibus mediae naturae, hoc est, partim quadrupedis partim avis naturam referentibus, Pag. 571. —

Pag. 572. Aldrovandus ita de his rebus loquitur: De Vespertilione semper authoribus dubitatum est volucribusne, an quadrupedibus esset attribuendus. Quae lis sane non aliunde originem duxit, quam ab ipsa animalis natura, quae ita utriusque particeps est, ut neque hujus neque illius generis esse, ad utrumque tamen pertinere videatur.

dentibus impletum corpusque villis tectum habent, vnullo jure inter aves numeranda sunt, nec unquam fuerunt, *etiam si sunt animalia* (Wotton⁵) Vesptilionidas primus ab avibus separans aptiorem illis inter quadrupedes viviparas locum attribuit. Daubenton deinde diligentius animalia illa perscrutatus in *commentatione memorabili: Mémoire sur les Chauve-souris*, in: *Histoire de l'Academie royale des sciences* 1759 Pag. 574, observationes suas proposuit.

Linnaeus septem tantum hujus familiae species cognovit, atque diu nomine generico Vesptilionis illas comprehendit. In duodecimo vero et ultima systematis naturae editione (1766) Vesptilioni leporino, a ceteris speciebus separato, nomen genericum Noctilionis dedit. Vir ille clarissimus, divisionibus principalibus et summis systematis ordinationibus nimis occupatus, subdivisionibus ac singulis speciebus operam navare non potuit; successorum illius fuit, neglecta perlustrare, atque omnes partes comparare, ut verus naturaeque conveniens ordo inveniretur.

Brisson nomen Vesptilionis nimis vagum esse videns, subdivisiones plures fecit. Vesptilionis nomen illis hujus familiae animalibus indidit, quae maxilla superiore quatuor, maxilla inferiore sex dentibus incisoribus instructa sunt; ceteris vero speciebus, tunc temporis notis, nomen Pteropi dedit (*Regnum animale in classes IX. distributum*). Quam Brissonii divisionem Erxleben (*Anfangsgründe der Naturgeschichte*) sequi videtur, novis vero inventis — quia valde auctus erat numerus Vesptilionidarum — occupatus et distractis, omnia hujus familiae animalia, generi *Pteropi* Brissonii *De differentiis animalium libri X.* etiamq; utili exponi erunt.

non adnumeranda, Vespertilioes nominat. Errores a Linnaeo, in dentibus horum animalium enumerandis, admissos esse, multi post Linnaeum notarunt, qui tamen dentibus ut signo characteristico neglectis, unum tantum genus denuo exhibere poterant.⁶⁾ Varia enim genera jam tunc temporis ex capitib habitu et dentium dissimilitudine constitui potuisse credo. Subdivisiones quasdam secundum dentium incisorum numerum facere experti sunt, neque tanien ut Vespertilionidas secundum ordinem naturalem atque communes characteres enumerarent, sed ut auxilium haberent, quo varias hujus generis species discernere possent. Quod propositum ne assequuti quidem sunt, quia multi de Vespertilionidis scriptores varium dentium numerum exhibit, saepiusque errant. Evidem arbitror, dentes ad mammalium genera constituenda magni momenti esse, si modo caute et prudenter illis uti, neque ceteris posthabitatis omnes inde notas petere volumus. Ad Vespertilionidarum sistema ordinandum aequa ac in ceteris mammalibus dentes adhiberi posse, luculenter Geoffroy-Saint-Hilaire, atque post illum alii docuerunt. Vir ille dentis perlustrans ab aliis tradita, multos errores ab iis admissos correxit, pluribus hujus familie animalibus nostro tempore inventis nomina indidit, et descriptionibus illa celebravit, praeterea observationibus suis optime ad sistema Vespertilionidarum constituendum usus est.

Anno 1796 sociis literarum Lutetiae präelectione monstravít,

⁶⁾ Schreber — ut exemplum proferam, quo probem, quomodo dentes neglexerint auctores — dentes, inquit, non sunt partes illae, quibus potissimum hoc genus, cui multae insunt varietates, notari et dijudicari possit. (Säugethiere Vol. I. Pag. 149.)

Vespertilionidas non minus ac cetera mammalia in tribus seu minores familias naturales dividi posse. Non multo post Cuvier vir cl. elementa edidit Zoologiae, ubi quinque Vespertilionidarum constituit divisiones. Postea Geoffroy et Cuvier cum communem operam Vespertilionidis impenderent, septem genera proposuerunt, (Geoffr. in: Annales du Muséum d'histoire naturelle Vol. VI. (1805) Pag. 150) quae singula describere Geoffroy in animo habebat. Anno MDCCCX Geoffroy novum genus *Cephaloten* reliquis addidit (Annales du Muséum Vol. XV. Pag. 104.) quibus Illiger anno MDCCXI illud a Geoffroy novissime constitutum *Harpyiam* nominans, aliud genus adjunxit. (Prodr. syst. mammal. et avium Pag. 118) Geoffroy novis investigationibus eo pervenit, ut nova genera: *Myopterum*, *Nyctinomum*, *Stenodermam*, *Rhinopomam*, *Taphozoum*, *Plecotum* consti- tueret, (Description de l'Egypte ed. I. Hist. nat. Tom. 2. Mammifères Pag. 114. seq. Cuvier règne animal distribué d'après son organisation Tom. 1. Pag. 130.) quibus postea duo genera adsumsit, *Vampyrum* et *Glossophagam*. (Mémoires du Muséum d'hist. nat. Vol. IV. (1818.) Pag. 413 - 418. Illis accedunt multa alia genera, *Celaeno*, *Aëlo*, *Scotophilus*, *Artibeus*, *Monophyllus*, *Mormoops*, *Nyctophilus*, *Madataeus*, (Leach. in: Transact. of the Linnean Society Vol. XIII. P. 1. (1821) Pag. 69. et *Diclidurus* ab illustri naturae studioso, Principe Maximiliano nominatus, (Cf. Das Thierreich, eingetheilt nach dem Bau der Thiere von Cuvier, mit vielen Zusätzen von Schinz. Vol. 1. (1821.) Pag. 170.) ne dicam de novis generibus: *Hypexodon*, *Nyctinejus* et *Atalapha* non bene, ut videtur, constitutis. (Cf. Schinz l. c. Pag. 171, 875 et Rafinesque Annals of Nature.) Nota igitur sunt XXVI hujus familiae genera.

Celeberrimus Wiedemann optime de Vespertilionidis disseruit, atque Geoffroy-St.-Hilaire opiniones adoptans multa ex sua penu promxit. (Zoologisches Magazin Vol. 1. St. 1 et 2.) De Vespertilionidarum in Germania habitantium solidiori cognitione optime meritus est Bechstein, nec non Leisler, a Schreber, Natterer, et maxime Kuhl, qui aliorum observationibus cum natura, quantum fieri potuit, comparatis adjectisque suis, in commentatione singulari de Germaniae Vespertilionidis disseruit. (Cf. Neue Annalen der Wetterauischen Gesellschaft für die gesammte Naturkunde. Vol. 1. (1819) Pag. 11. seq. Pag. 185. seq.

Synopsis generum et specierum familiae Vespertilionidarum.

I. PTEROPUS. *Briss.* *Geoffr.* *Cuv.* *Illig.*

De charactere generico cf. *Wied.* zool. Magaz. Vol. 1. St. 1. Pag. 119, 121. *Cuvier* règne animal Tom. 1. Pag. 123. *Illig.* Prodr. syst. mammal. et avium. Pag. 118. *Geoffr.* in: Déscript. de l'Egypte ed. I. Hist. nat. Tom. 2. Mammifères Pag. 115. Annales du Muséum d'hist. nat. Vol. XV. Pag. 90.

1. PTEROPUS EDULIS. *Wied.* l. c. Pag. 125. *Geoffr.* in: Annales du Muséum. l. c.
2. PTEROPUS JAVANICUS. *Schinz.* das Thierreich, eingetheilt nach dem Bau der Thiere von *Cuvier.* Vol. I. Pag. 869.
Roussette Kolou. *Lechenault.* cf. *Geoffr.* l. c. Pag. 91. (nota.)

3. PTEROPUS EDWARDII. Wied. l. c. Pag. 126. Geoffr. l. c. Pag. 92.
4. PTEROPUS VULGARIS. Wied. l. c. Geogr. l. c. *Vespertilio Vampyrus.* Schreb. Säugeth. Tab. XLIV.
La Roussette. Buff. Vol. 10. Tab. 14.
5. PTEROPUS RUBRICOLLIS. Wied. l. c. Pag. 128. Geogr. l. c. Pag. 93.
La Rougette. Buff. Vol. 10. Tab. 17.
6. PTEROPUS GRISEUS. Wied. l. c. Pag. 129. Geogr. l. c. Pag. 94. Tab. 6.
7. PTEROPUS LECHENAULTII. Schinz l. c. Pag. 869.
8. PTEROPUS NUDUS. Schinz l. c. Pag. 155.
Vespertilio nudus. Herm. Obs. zool. Pag. 15.
9. PTEROPUS CELAENO. Schinz l. c.
Vespertilio Celaeno. Herm. Obs. zool. l. c.
10. PTEROPUS STRAMINEUS. Wied. l. c. Pag. 129. Geogr. l. c. Pag. 95.
Seba Mus. I. Tab. 57. Fig. 1, 2.
The lesser ternate bat. Pennant. Synops. Tab. 31. Fig. 1.
11. PTEROPUS MAURITIANUS. Schinz l. c. Pag. 155.
Vespertilio mauritianus. Herm. Obs. zool. Pag. 19.
12. PTEROPUS AEGYPTIACUS. Wied. l. c. Pag. 130. Geogr. l. c. Pag. 96.
Déscript. de l'Egypte. l. c. Pag. 134.
13. PTEROPUS AMPLEXICAUDATUS. Wied. l. c. Pag. 131. Geogr. in:
Annales l. c. Pag. 96. Tab. 4.
14. PTEROPUS MARGINATUS. Wied. l. c. Pag. 131. Geogr. l. c.
Pag. 97. Tab. 5
15. PTEROPUS MINIMUS. Wied. l. c. Pag. 132. Geogr. l. c.
16. PTEROPUS PALLIATUS. Wied. l. c. Pag. 133. Geogr. l. c. Pag. 99.

II. HARPYIA. *Illig.* *Wied.* CEPHALOTES. *Geoffr.* *Cuv.*

De charactere generico cf. *Harpyia* *Wied.* zool. Mag. Vol. 1. St. 1.
Pag. 119. 135. *Illig.* Prodr. syst. mam. et avium Pag. 118. *Cephalotes.* Cuvier règne animal Tom. 1. Pag. 124. *Geoffr.* in:
Description de l'Egypte ed. I. Hist. nat. Tom. 2. Mammifères
Pag. 115. Annales du Muséum d'hist. nat. Vol. XV. Pag. 101.

17. HARPYIA PERONII. *Wied.* l. c. Pag. 138.

Cephalotes Peronii *Geoffr.* Annales du Muséum. Vol. XV.

Pag. 104. Tab. 17.

18. HARPYIA PALLASII. *Wied.* l. c. Pag. 140.

Cephalotes Pallasii. *Geoffr.* l. c. Pag. 107.

Vespertilio Cephalotes. Schreb. Säugeih. Tab. LXI. Pall. Spicil.
zool. Fasc. III Tab. I. II.

La Cephalote. Buff. Suppl. Val. 3. Tab. 52.

III. DYSOPES. *Illig.* *Wied.* MOLOSSUS. *Geoffr.* *Cuv.*

De charactere generico cf. *Dysopes.* Goldfusz Handb. der Zoolo-
gie, zweite Abtheil. Pag. 455. *Wied.* zool. Mag. Vol. 1. St. 1.
Pag. 119. St. 2. Pag. 153. *Illig.* Prodr. syst. mammal. et avium
Pag. 122. *Molossus.* Cuvier règne animal Tom. 1. Pag. 125. *Geoffr.*
in: Description de l'Egypte ed. I. Hist. nat. Tom. 2. Mammifères
Pag. 133. Annales du Muséum d'hist. nat. Vol. VI. Pag. 150.

19. DYSOPES RUFUS. *Wied.* l. c. St. 2. Pag. 153.

Molossus rufus. *Geoffr.* l. c. Pag. 155.

20. DYSOPES ATER. *Wied.* l. c.

Molossus ater. *Geoffr.* l. c.

21. **DYSOPES OBSCURUS.** Wied. I. c. Pag. 153.
Molossus obscurus. Geoffr. I. c. Pag. 155.
22. **DYSOPES LONGICAUDATUS.** Wied. I. c. Pag. 154.
Molossus longicaudatus. Geoffr. I. c. Pag. 156.
Vespertilio Molossus. Schreb. Säugeth. Tab. LIX. Fig. infer.
Marmotte - volant. Buff. Vol. 10. Tab. 19. Fig. 2.
23. **DYSOPES FUSCIVENTER.** Wied. I. c.
Molossus fusciventer. Geoffr. I. c.
Vespertilio Molossus. Schreb. Säugeth. Tab. LIX. Fig. super.
Marmotte - volante. Buff. Vol. 10. Tab. 19. Fig. 1.
24. **DYSOPES CASTANEUS.** Wied. I. c.
Molossus castaneus. Geoffr. I. c.
25. **DYSOPES LATICAUDATUS.** Wied. I. c.
Molossus laticaudatus. Geoffr. I. c. Pag. 156.
26. **DYSOPES CRASSICAUDATUS.** Wied. I. c.
Molossus crassicaudatus. Geoffr. I. c.
27. **DYSOPES AMPLEXICAUDATUS.** Wied. I. c.
Molossus amplexicaudatus. Wied. I. c.
28. **DYSOPES PEROTIS.**
Molossus Perotis. Princ. Max. Schinz Das Thierreich, eingetheilt nach dem Bau der Thiere von Cuvier. Vol. I. Pag. 870.
29. **DYSOPES ACUTICAUDATUS.**
Molossus acuticaudatus. Princ. Max. Schinz. I. c.

IV. CELAENO. Leach in: Transactions of the Linnean Society of London. Vol. XIII. P.I. Pag. 69, 70. *)

30. CELAENO BROOKSIANA. Leach. l. c.

V. MYOPTERUS. Geoffr.

De charactere generico cf Schinz. Das Thierreich eingetheilt nach dem Bau der Thiere von Cuvier. Vol. 4. Pag. 872. Goldfusz Handbuch der Zoolog. zweite Abtheil. Pag. 457. Geoffr. in: Description de l'Egypte ed. I. Hist. nat. Tom. 2. Mammifères. Pag. 113.

31. MYOPTERUS SENEGALENSIS. Goldf. l. c.

Myopterus Daubentonii. Schinz l. c.

*) Dentes incisores $\frac{2}{2}$: *superiores acuminati, simplices.*

inferiores aequales, quasi e quatuor columnis aggregatis efformati.

— *laniarii* $\frac{2}{2}$: *superiores longiores.*

— *molares* $\frac{3}{3}$: *antici in utraque mandibula acuminati, simplices; tres postici processibus acutis armati.*

Pedes antici indice 1-articulato: digito medio et quarto triarticulatis, digito quinto 2-articulato.

— *postici digitis elongatis subaequalibus: Ungues compressi, arcuati, ad basin multo latiores: Membrana postica ultra digitorum apices paululum producta: Suspensorium unum, rectum, marginale.*

Aures distantes: Auriculae minimae.

Cauda nulla. (Membrana postica linea subcaecilaginea, media notatur.

An Caudae rudimentum?)

Le *rat-volant*. Daubenton in: Hist. des l'Acad. des sciences.
Année 1759. Pag. 386.

VI. NYCTINOMUS. *Geoffr. Cuv.*

- De charactere generico cf. *Schinz*. Das Thierreich eingetheilt nach dem Bau der Thiere von *Cuvier*. Vol. 1. Pag. 159. *Wied. zool. Mag.* Vol. 1. St. 1. Pag. 119. *Cuvier règne animal*. Tom. 1. Pag. 125. *Geoffr.* in: *Déscript. de l'Egypte* ed. I. Hist. nat. Tom. 2. Mammifères Pag. 114.
32. NYCTINOMUS AEGYPTIACUS. *Geoffr. l. c.* Pag. 128.
Nyctinome d'Egypte *Geoffr. l. c.* Täb. 2. No. 2.
33. NYCTINOMUS ACETABULOSUS. *Schinz l. c.* Oken Lehrbuch der Naturgeschichte. Dritter Theil Zoologie, zweite Abth. Pag. 924.
Nyctinome de Bourbon. *Geoffr. l. c.*
Vespertilio acetabulosus. Herm. Obs. Zool. Pag. 19.
34. NYCTINOMUS PLICATUS. *Schinz l. c.*
Nyctinome de Bengale. *Geoffr. l. c.*
Vespertilio plicatus. Buchannan in: *Transact. of the Linnean Society of London.* Vol. V. Pag. 261. Tab. 13.

- VII. AËLLO. *Leach* in: *Transactions of the Linnean Society of London.* Vol XIII. P. 1. Pag. 69, 70. *)
35. AËLLO CÜVIERI. *Leach. l. c.* Pag. 71.

*) Dentes incisores $\frac{2}{4}$: *superiores* compressi, lati, bifidi; *laciniis rotundatis*.
inferiores aequales, trifidi: *laciniis rotundatis*.

VIII. STENODERMA. *Geoffr. Cuv.*

De charactere generico cf. *Goldfusz* Handbuch der Zoologie, zweite Abtheil. Pag. 458. *Wied. zool. Mag.* Vol. 1. St. 1. Pag. 120. *Cuvier* règne animal. Tom. 1. Pag. 125. *Geoffr.* in *Déscript. de l'Egypte* ed. I. Hist. nat. Tom. 2. Mammifères. Pag. 114.

36. STENODERMA RUFUM. *Goldfusz* l. c. *Schinz Das Thierreich*, eingetheilt nach dem Bau der Thiere von *Cuvier*. Vol. 1. Pag. 160,
Stenoderma roux. *Geoffr.* l. c.

IX. NOCTILIO. *Linn. Geoffr. Illig.*

De charactere generico cf. *Wied. zool. Mag.* Vol. 1. St. 1. Pag. 120.

Dentes laniarii $\frac{2}{2}$: *superiores* longiores, acutissimi, antice et postice ad basin processu instructi.

inferiores gradatim acuminati, simplices, tenuiores.

— molares $\frac{8}{2}$: *superiorum* duo antici triangulatum — acuminati, secundo longiore; tertius externe bifidus; quartus externe trifidus.

inferiorum tres anteriores acuminati, simplices, secundo breviore; tres postici externe bifidi.

Pedes antici indice 1-articulato: digito medio 4-articulato; digitis quarto et quinto 3-articulatis.

— postici digitis mediocribus, aequalibus: Ungues compressi, arcuati: Membrana ad suspensorii apices producta, recta; hinc ad apicem quasi truncata: Suspensorium rectum, marginale.

Aures approximatae, breves, latissimae. Auriculae nullae. Cauda ossea; articulis quinque exsertis; ad membranae apicem non productis.

Cuvier règne animal. Tom. 1. Pag. 125. *Geoffr.* in: Description de l'Egypte ed. I. Hist. nat. Tom. 2. Mammifères Pag. 114. *Illig.* Prodr. syst. mam. et avium Pag. 121.

37. NOCTILIO LEPORINUS. L.

Vesptilio leporinus. Shaw. General. zool. Vol. 1. P. 1.
Tab. 41. Schreber Säugeth. Tab. LX.

38. NOCTILIO VITTATUS. Princ. Max. Schinz Das Thierreich, eingetheilt nach dem Bau der Thiere von Cuvier. Vol. 1.
Pag. 870.

X. PHYLLOSTOMA. *Geoffr. Cuv.*

De charactere generico cf. *Wied.* zool. Mag. Vol. 1. St. 1. Pag. 120,
St. 2. pag. 120, 138. *Cuvier* règne animal Tom. 1. Pag. 126. *Geoffr.* in:
Description de l'Egypte ed. I. Hist. nat. Tom. 2. Mammifères Pag. 114.
Annales du Muséum Vol. XV. Pag. 163, 184. *Illig.* Prodr. syst.
mammal. et avium. Pag. 120.

39. PHYLLOSTOMA CRENULATUM. Wied. l. c. Pag. 138. *Geoffr.* in:
Annales du Muséum. l. c. Pag. 183. Tab. 10.

40. PHYLLOSTOMA ELONGATUM. Wied. l. c. Pag. 139. *Geoffr.* l. c.
Pag. 182. Tab. 9.

41. PHYLLOSTOMA HASTATUM. Wied. l. c. *Geoffr.* l. c. Pag. 177.

Phyllost. Fer - de - lance. *Geoffr.* l. c. Tab. 11. (capt. et cranium.)

Vesptilio hastatus. Schreber Säugeth. Tab. XLVI.

Vesptilio perspicillatus. Schreber Säugeth. Tab. XLVI. A.

Chauve souris fer-de-lance. Buff. Vol. 13. Tab. 33.

42. PHYLLOSTOMA PERSPICILLATUM. Wied. l. c. Geoffr. l. c. Pag. 176.
Phyllostome Lunette. Geoffr. l. c. Tab. 41. (capt.)
Vespertilio perspicillatus. Linn. Gmel
Grand Fer-de-lance. Buff. Suppl. Vol. 7. Tab. 74.
Vespertilio americanus vulgaris. Seba Mus. I. Tab. 55. Fig. 2.
43. PHYLLOSTOMA LINEATUM. Wied. l. c. Pag. 140. Geoffr. l. c.
Pag. 180. in: Mémoires du Muséum. Vol. IV. Pag. 416.
44. PHYLLOSTOMA ROTUNDUM. Wied. l. c. Geoffr. in: Annales du
Muséum. l. c. Pag. 181.
45. PHYLLOSTOMA LILIUM. Wied. l. c. Geoffr. l. c. Pag. 181, in:
Mémoires du Muséum. l. c.
46. PHYLLOSTOMA SUPERCILIATUM. Princ. Max. Schinz Das Thier-
reich, eingetheilt nach dem Bau der Thiere von Cuvier.
Vol. 1. Pag. 163.
47. PHYLLOSTOMA MAXIMUM. Princ. Max. Schinz. l. c.
48. PHYLLOSTOMA MACROPHYLLUM. Princ. Max Schinz. l. c.
49. PHYLLOSTOMA BERNICAUDUM. Princ. Max. Schinz. l. c.
50. PHYLLOSTOMA OBSCURUM. Princ. Max. Schinz. l. c.
51. PHYLLOSTOMA BRACHYOTOS. Princ. Max. Schinz. l. c.

XI. GLOSSOPHAGA. *Geoffr.*

- De charactere generico cf. Schinz Das Thierreich, eingetheilt
nach dem Bau der Thiere von Cuvier. Vol. 1. Pag. 871. *Geoffr.*
in: Mémoires du Muséum Vol. 1. Pag. 413 seq.
52. GLOSSOPHAGA SORICINA. *Geoffr.* l. c. Pag. 418.

Phyllostoma soricinum. Wied zool. Mag. Vol. 1. St. 2. Pag. 139.
Geoffr. in: Annales du Muséum Vol. XV. Pag. 185.

Phyllost. Musette. Geoffr. l. c. Tab. 11. (caput.)

Vespertilio soricinus. Schreber Säugeth. Tab. XLVII. Pallas
Spicil. zool. Fasc. 3. Tab. III et IV.

53. **GLOSSOPHAGA AMPLEXICAUDA.** Geoffr. in: Mémoires du Muséum
l. c. Tab. 18, A.

54. **GLOSSOPHAGA CAUDIFER.** Geoffr. l. c. Tab. 17.

55. **GLOSSOPHAGA ECAUDATA.** Geoffr. l. c. Tab. 18, B.

XII. VAMPYRUS *Geoffr. Leach.*

De Charactere generico cf. *Geoffroy* in: Mémoires du Muséum
d'hist. nat. Vol. IV. Pag. 413. *Leach.* in: Transact. of the Lin-
nean Society of London. Vol. XIII. P. 1. Pag. 79. *)

56. **VAMPYRUS SPECTRUM.** Leach. l. c.

*) Dentes incisores ♀: *superiores* medii interne longiores; *exteriorum bre-*
vissimi obtusi.

inferiores aequales, ad apicem excavati; *exteriorum ante medios inserti.*

— *laniarii* ♂: *superiores* subtenuiores, paululum breviores, ad
basin postice interne dilatati.

inferiores interne versus basin abrupte dilatati;
parte dilatata usque ad molarem anticum producta.

— *molares* ♀: *superiorum*, anterior acuminatus postice declivis et
paululum productus; secundus longior acuminatus,
ad basin antice et interne postice dilatatus;
tertius et quartus externe excavati, interne laci-
niis duabus acuminatis (hoc antice processu ob-
tuso;) quintus angustissimus obtuse trifidus;
lacinia interiore breviore.

Phyllostoma Spectrum. Wied. zool. Mag. Vol. 1. St. 2.

Pag. 130. Geoffr. in: Annales du Muséum. Vol. XV.

Pag. 174.

Phyllost. Vampire. Geoffr. l. c. Tab. 11. (caput et cranium.)

Vespertilio Spectrum. Blumenb. Abbild. naturhist. Gegen-

stände, Tab. 31. Schreber Säugeth. Tab. XLV et XLV

bis. Shaw. general. zool. Vol. 1. P. 1. Tab. 43. Séba I.

Tab. 58.

XIII. ARTIBEUS Leach. in: Transact. of the Linnean
Society of London. Vol. XII. P. 1. Pag. 74, 75. *)

57. ARTIBEUS JAMAICENSIS. Leach. l. c.

Dentes molares $\frac{10}{12}$: *inferiorum* anterior et secundus interne excavati;
hoc acutiore; tertius acuminatus postice ad basin
subproductus; quartus et quintus maiores longio-
res 5-fidi; sextus 3-fidus.

Rhinophylli 2 confluentes; uno erecto, altero horizontali.

Caput facie gradatim efformata. Labia simplicia. Lingua papillis om-
nibus retrorsum reflexis; anterioribus mediis distinete, posterioribus
nonnullis obsoletissime bifidis.

*) Dentes incisores $\frac{4}{4}$: *superiores* medii bifidi; exteiiores truncati breves.
inferiores truncati; duo medii sublongiores, antice
canaliculati.

— laniarii $\frac{6}{6}$: *superiores* maiores; ad basin interne marginati, pos-
tice dilatati.

— molares $\frac{5}{6}$: *superiores* ad basin interne dilatati; primus minor;
tertius major.

XIV. MONOPHYLLUS. *Leach*, in: Transact. of the Linnean Society of London. Vol. XIII. P. I. Pag. 74, 75.*)

58. MONOPHYLLUS REDMANI. *Leach*. l. c. Pag. 76.

XV. MEGADERMA. *Geoffr. Cuv.*

De charactere generico cf *Leach* in: Transact. of the Linnean Society of London. Vol. XIII. P. I. Pag. 79. *Wied. zool. Mag.* Vol. 1. St. 1. Pag. 120. St. 2. Pag. 141, *Cuvier* règne animal. Tom. 1. Pag. 127. *Geoffr.* in: *Déscription de l'Egypte* ed. I. Hist. nat. Tom. 2. Mammifères Pag. 115. *Annales du Museum* Vol. XV. Pag. 187.

Dentes molares $\frac{8}{5}$: *inferiorum* primus et secundus externe acuminati; secundo longiore; tertius et quartus latiores, interne tuberculati; quintus minutissimus.

Rhinophylli 2: uno horizontali; altero verticali.

Pedes postici suspensorio uno, brevi, recto, marginali.

Cauda nulla.

* Dentes incisores $\frac{4}{3}$: *superioriores* inaequales: duo medii longiores bifidi; exteriores teretes, externe truncati et ad basin dilatati.

— laniarii $\frac{2}{2}$: *superiores* ad basin antice et postice dilatati; *inferiores* interne ad basin marginati; margine postice dilatato.

— molares $\frac{12}{12}$: *superiorum* duo antici distantes, trifidi; caeteri externe et interne tuberculati.

inferiorum tres antici trifidi (secundus et tertius distantes); caeteri externe et interne tuberculati.

Rhinophyllus 1 erectus.

Pedes postici suspensorio uno marginali.

Cauda brevis.

59. MEGADERMA TRIFOLIUM. Wied. l. c. St. 2. Pag. 146. Geöffr.
in: Annales du Muséum. Pag. 193.
Még. Tréfle. Geöffr. l. c. Tab. 12. (caput.)
60. MEGADERMA SPASMA. Wied. l. c. Pag. 147. Geöffr. l. c. Pag. 195.
Még. Spasme. Geöffr. l. c. Tab. 12. (caput.)
Vespertilio Spasma. Shaw. general zool. Vol. 1. P. 1. Tab. 42.
Schreber Säugeth. Tab. XLVIII.
Glis volans Ternatanus. Seba. Mus. I. Tab. 56. Fig. 1.
61. MEGADERMA LYRA. Wied. l. c. Pag. 144. Geöffr. l. c. Pag. 190.
Még. Lyre. Geöffr. l. c. Tab. 12.
62. MEGADERMA FRONS. Wied. l. c. Pag. 145. Geöffr. l. c. Pag. 192.
Még. feuille. Geöffr. l. c. Vol. XX. (caput.)
La Feuille. Daubenton in: Hist. de l'Acad. des sciences.
année 1759. Pag. 374.
63. MEGADERMA MEGALOTIS. Schinz. Das Thierreich, eingetheilt
nach dem Bau der Thiere von Cuvier. Vol. 1. Pag. 165.

XVI. RHINOLOPHUS. *Geöffr. Cuv. Illig.*

NOCTILIO. *Kuhl.*

De charactere generico cf. *Wied. zool. Mag.* Vol. 1. St. 1.
Pag. 120. St. 2. Pag. 110, 119. *Cuvier* règne animal. Tom. 1.
Pag. 127. *Geöffr.* in: *Annales du Muséum d'hist. nat.* Vol. XX.
Pag. 254. *Déscript. de l'Egypte.* ed. I. *Hist. nat.* Tom. 2.
Mammifères Pag. 115. *Illig.* Prodr. syst. mammal. et avium.
Pag. 115.

64. **RHINOLOPHUS FERRUM EQUINUM.** Schinz. Das Thierreich, eingetheilt nach dem Bau der Thiere von Cuvier. Vol. 1.

Pag. 166. Goldfusz Handb. der Zoolog. zweite Abtheil.

Pag. 461. Blumenb. Abbild. naturhist. Gegenstände. Tab.

42. (caput.) Schreber Säugeth. Tab. LXII. Fig. superior

Rhinolophus unihastatus. Wied. l. c. Pag. 119. Geoffr. in: Annales du Muséum. l. c. Pag. 257.

Rhinolophe unifer. Geoffr. l. c. Tab. 5. (capt. et cranium.)

Noctilio ferrum equinum. Kuhl in: Neue Annalen der Wetterauisch. Gesellsch. Vol. 1. Sect. post, Pag. 205.

Vespertilio hippocrepis. Herm. Obs. zool. Pag. 18.

Grand Fer-à-cheval. Buff. Vol. 8. Tab. 20. Daubenton in: Hist. de l'Acad. des sciences, année 1759. Pag. 374. Tab. 15. Fig. 4. (capt.)

65. **RHINOLOPHUS BIHASTATUS.** Wied. l. c. Geoffr. l. c. Pag. 259.

Rhinolophe bifer. Geoffr. l. c. Tab. 5. (capt.)

Vespertilio hipposideros. Bechst. gemein. Naturgesch. Vol. 1. Pag. 1195. Cf. Kuhl l. c. Pag. 207.

Vespertilio ferrum equinum. Schreb. Säugeth. Tab. LXII. Fig. infer.

Petit Fer-à-cheval. Buff. Vol. 8. Tab. 17. Fig. 2. Daubent. l. c.

66. **RHINOLOPHUS TRIDENS.** Wied. l. c. Pag. 120. Geoffr. l. c. Pag. 260.

Rhinolophe trident. Geoffr. in: Déscript. de l'Egypte. l. c.

Pag. 130 Tab. 2. No. 1. Annales du Muséum. l. c. Tab. 5. (capt. et cranium.)

67. RHINOLOPHUS SPEORIS. Wied. l. c. Geogr. in: Annales du Muséum. l. c. Pag. 261.

Rhinolophe cruménifère. Geogr. l. c. Tab. 5. (capt.) Peron Atlas du voyage aux terres australes. Tab. 35.

Vespertilio speoris. Schneider. Schreb. Säugeth. Tab. LIX. B.

68. RHINOLOPHUS DIADEMA. Wied. l. c. Geogr. l. c. Pag. 263.

Rhinolophe diadème. Geogr. l. c. Tab. 6 et Tab. 5. (capt.)

69. RHINOLOPHUS COMMERSONII. Wied. l. c. Geogr. l. c.

Rhinolophe de Commerson. Geogr. l. c. Tab. 5. (capt.)

70. RHINOLOPHUS ECAUDATUS. Princ. Max. Schinz. Das Thierreich, eingetheilt nach dem Bau der Thiere von Cuvier. Vol. i. Pag. 168.

XVII. MORMOOPS. Leach. in: Transact. of the Linnean Society of London. Vol. XIII. P. I. Pag. 74, 76. *)

71. MORMOOPS BLAINVILLII. Leach. l. c. Pag. 77. Tab. VII.

*) Dentes *incisores* $\frac{4}{2}$: *superiores* inaequales: medii late-emarginati; laterales minimi, oblique acuminati, acuti; *inferiores* aequales trifidi; laciniis rotundatis. Dentes *laniarii* $\frac{2}{2}$: *superiores* duplo longiores, subcompressi, antice canaliculati ad basin interne dilatati; *inferiores* ad basin externe et interne dilitati. Dentes *molares* $\frac{10}{2}$: *superiorum* anterior parvus, acutus, ad basin externe, et postice interne dilatatus; tertius, quartus et quintus ad basin interne tuberculato-dilatati (tertio et quarto externe 3-mamillatis, interne excavato-bidentatis); quintus externe 1-mamillatus, interne excavato-bidentatus; *inferiorum* tres antici acuti compressi, externe dilatati (secundo breviore; primo et tertio aequa-

XVIII. NYCTOPHILUS. Leach. in: Transact. of the Linnean Society of London. Vol. XIII. P. I. Pag. 74, 78. *)

72. NYCTOPHILUS GEOFFROYI. Leach. l. c.

libus); quartus, quintus et sextus sublongiores, externe ad basin dilatati, superne exoayato - 5-dentati. Rhinophyllus 1 errectus, cum auribus confluens. Pedes postici suspensorio uno, recto, marginali. Cauda ad membranae posticae apicem non producta; articulo ultimo libero. Caput fronte abrupte elevato. Labium superius lobatum, medio crenatum; inferius in membranam trilobam productum, ad medium processu carnoso, diadema referente, instructum. Mentum utrinque in membranam dilatatum; membranis cum auribus connexis. Lingua papillis omnibus retrorsum reflexis; anterioribus bifidis; posterioribus majoribus multifidis. Palatum transversim elevatum; jugis posterioribus undatis. Cranium facie abrupte efformata. Ossa nasalia inter maxillaria immersa. Os inter-parietale cum parietalibus lateralibus non coalitum.

*) Dentes incisores §: superiores elongati, conici, acuti.

inferiores aequales, trifidi; laciniis rotundatis.

laniarii §: elongati, conici; superiores simplices, inferiores postice processu acuto armati.

molares §: superiorum anticus acutus, postice 1-tuberculatus; secundus et tertius 4-tuberculati; quartus 3-tuberculatus.

inferiorum anticus acutus, simplex, conicus; secundus, tertius et quartus tuberculati.

Rhinophylli duo errecti; posteriore longiore.

Pedes postici suspensorio uno, recto, marginali.

Cauda ossea (articulis quinque exsertis) ad membranae apicem producta.

XIX. MADATAEUS. Leach. in: Transact. of the Linnean Society of London. Vol. XIII. P. I. P. 74, 81. *)

73. MADATAEUS LEWISII. Leach. l. c. Pag. 82.

XX. NYCTERIS. Geoffr. Cuv. Illig.

De charactere generico cf. Wied. zool. Mag. St. 1. Pag. 120, 141.

Cuvier règne animal. Tom. 1. Pag. 128. Geoffr. in: Annales du

*) Dentes *incisores* $\frac{4}{2}$: *superiores* inaequales; duo medii longiores bifidi, laciniis obtusis; laterales brevissimi obtusi; *inferiores* aequales, simplices, acuti. Dentes *laniarii* $\frac{2}{2}$: *superiores* longiores et latiores. Dentes *molares* $\frac{4}{3}$ *superiores* dente anteriore parvo acuto postice declivi, ad basin interne subdilatato; secundo longiore acuto, antice acuto postice subdeclivi ad basin interne dilatato, processu obtusiusculo armato; tertio et quarto externe bifidis, laciniis obtusiusculis, ad bases interne valde dilatatis, bituberculatis; dente quarto tertio breviore, lacinia externa postica breviore. Dentes *molares inferiores* dente anteriore aequaliter acuminato obtusiusculo; secundo longiore interne canaliculato postice ad basin dilatato; tertio interne et externe laciniis quatuor obtusis; quarto interne laciniis tribus, externe lacinia una antica instructo; quinto minimo tuberculato. Rhinophylli 2: uno verticali; altero lunato horizontali. Pedes *posticii* suspensoriis duobus brevissimis instructi: digiti aequales: ungues parvi compressi. Cauda nulla. Labia papillis mollibus compressis fimbriata. Lingua antice filamentis compressis bifidis postice spectantibus instructa; perpaucis ad apicem linguae majoribus: lingua pone medium tuberculis 2-5-fidis antrorum spectantibus et postice tuberculis duobus ovatis in fossulis positis instructa. Palatum antice longitudinaliter elevatum, lateribus postice tuberculis antrorum spectantibus armatis.

Muséum. Vol. XX. Pag. 11, 19. in: *Déscript. de l'Egypte* ed. I.
Hist. nat. Tom. 2. Mammifères Pag. 113. *Illig. Prodri. syst.*
mammal. et avium. Pag. 119.

74. **NYCTERIS DAUBENTONII.** Wied. l. c. Pag. 148. Geoffr. in:
Annales du Muséum. l. c. Pag. 19.

Vespertilio hispidus. Schreb. *Säugeth.* Tab. LVI.

Autre Chauve-souris. Buff. Vol. 10. Tab. 20. Fig. 1, 2.

75. **NYCTERIS THEBAICUS.** Wied. l. c. Geoffr. l. c. Pag. 20.

Nyctère de Thébaïde. Geoffr. in: *Annales du Muséum,* l. c.
Tab. I. (capt.) *Déscript. de l'Egypte.* l. c. Tab. I. No. 2.

76. **NYCTERIS JAVANICUS.** Wied. l. c. Pag. 149. Geoffr. l. c.

Nyctère de Java. Geoffr. in: *Annales du Muséum,* l. c. Tab. I.

XXI. SCOTOPHILUS. *Leach.* in: *Transact. of the Linnean
Society of London.* Vol. XIII. P. I. Pag. 69, 71.*)

77. **SCOTOPHILUS KUHLII.** Leach. l. c. Pag. 72.

* Dentes incisores ♀: *superiores* inaequales, acuminati: *intermedii* longiores, simplices; *laterales* aequaliter bifidi.
inferiores obsolete trifidi.

— *Ianiarii* ♀: *superiores* longiores, ad latus postice processu armati.
inferiores ad latus antice processu armati.

— *molares* ♀: processibus acuminatis.

Pedes antici indice 1-articulato: digito medio 3-articulato; digitis quarto et quinto 3-articulatis.

— postici digitis mediocribus, subaequalibus: Ungues compressi, arcuati: Membrana ad caudae apicem producta, hinc postice acuminata: Suspensorium flexuosum in membrana inclusum.

Aures distantes: Auriculae parvae.

Cauda ad membranae apicem producta: articulis quinque osseis exsertis.

XXII. RHINOPOMA. *Geoffr. Cuv.*

De charactere generico cf. *Wied. zool. Mag.* Vol. 1. St. 1. Pag. 128.
Cuvier règne animal. Tom. 1. Pag. 128. *Geoffr.* in: *Déscrip. de l'Egypte*. ed. I. Hist. nat. Tom. 2. Mammifères Pag. 113.

78. RHINOPOMA MICROPHYLLUM. *Geoffr.* l. c. Pag. 123. Tab. I. No. 1.
(*Taphien filet.*)

Vespertilio microphyllus. Brünnich. Animal. hist. quae in Museo Univers. Hafn. conservantur. Pag. 50. Tab. 6.
Fig. 1. 2. 3. 4.

79. RHINOPOMA BREVICAUDATUM. *Oken* Lehrbuch der Naturgeschichte. Dritter Theil Zoologie, zweite Abtheilung.
Pag. 926.

80. RHINOPOMA CAROLINENSE. *Geoffr. Schinz.* Das Thierreich, eingetheilt nach dem Bau der Thiere von Cuvier. Vol. 1.
Pag. 872. *Oken* l. c.

XXIII. TAPHOZOUS. *Geoffr. Cuv.* SACCOPTERYX. *Illig.*

De charactere generico cf. *Taphozous.* *Wied. zool. Mag.* Vol. 1. St. 1. Pag. 121. *Cuvier* règne animal. Tom. 1. Pag. 128. *Geoffr.* in: *Déscrip. de l'Egypte*. ed. I. Hist. nat. Tom. 2. Mammifères Pag. 113. *Saccopteryx. Illig.* Prodr. syst. mam. et avium Pag. 121.

81. TAPHOZOUS PERFORATUS. *Geoffr.* l. c. Pag. 126.
Taphozous Senegalensis. *Schinz.* Das Thierreich, eingetheilt nach dem Bau der Thiere von Cuvier. Pag. 170.

Taphozous aegyptiacus. Oken Lehrbuch der Naturgeschichte.

Dritter Theil Zoologie, zweite Abtheil. Pag. 927.

Taphien perforé. Geoffr. l. c. Tab. 3. No. 1.

82. TAPHOZOUS SACCOPTERYX.

Taphozous lepturus. Schinz l. c. Goldfusz Handbuch der Zoologie, zweite Abth. Pag. 455.

Saccopteryx lepturus. Illig. l. c.

Vespertilio lepturus. Schreb. Säugeth. Tab. LVII.

83. TAPHOZOUS MAURITIANUS. Geoffr. l. c. Pag. 127. Schinz l. c.
Pag. 872.

XXIV. DICLIDURUS. *Princ. Max.*

De charactere generico cf Schinz. Das Thierreich eingetheilt nach dem Bau der Thiere von Cuvier. Vol. 1. Pag. 170.

84. DICLIDURUS FREYREISII. Schinz l. c.

XXV. VESPERTILIO. *Linn. Geoffr. Cuv. Illig.*

De charactere generico cf Schinz. Das Thierreich eingetheilt nach dem Bau der Thiere von Cuvier. Vol. I. Pag. 172. *Kuhl* in: Neue Annalen der Wetterauisch. Gesellsch. Vol. 1. Pag. 27, 213.

Wied. zool. Magaz. Vol. 1. St. 1. Pag. 121. St. 2. Pag. 156. *Cuvier règne animal.* Tom. 1. Pag. 129. *Illig.* Prodr. syst. mammal. et avium Pag. 119. *Geoffr.* in: *Déscription de l'Egypte* ed. I. Hist. nat. Tom. 2. Mammifères Pag. 112. in: *Annales du Muséum* Vol. VIII. Pag. 187.

85. VESPERTILIO MURINUS. *Wied. l. c. St. 2. Pag. 157. Geoffr. in: Annales l. c. Pag. 191. Tab. 47. (capt.) Tab. 48. (cranium) Schreb. Säugethiere Tab. LI.*

- Vespertilio Myotis.* Bechst. Schinz l. c. Pag. 147. Kuhl l. c.
Pag. 36, 214.
- La Chauve-souris.* Buff. Vol. 8. Tab. 16. Daubenton in:
Hist. de l'Acad. des sciences, année 1759. Tab. 14.
Fig. 1. (capt.)
86. **VESPERTILIO CAROLINENSIS.** Wied. l. c. Pag. 158. Geoffr. l. c.
Pag. 193. Tab. 47. (capt.) Tab. 48. (cranium.)
87. **VESPERTILIO NATTERERI.** Kuhl. Schinz l. c. Pag. 174. Kuhl l. c.
Pag. 33, 214. Tab. XXIII.
88. **VESPERTILIO NOCTULA.** Wied. l. c. Pag. 159. Herm. Obs. zool.
Pag. 17. Geoffr. l. c. Pag. 193. Tab. 47. (capt.) Tab. 48.
(cranium) Schreb. Säugeth. Tab LII.
- La Noctule.* Buff. Vol. 8. Tab. 18. Fig. 1. Daubent. Hist.
de l'Acad. l. c. Tab. 15. Fig. 1. (capt.)
- Vespertilio proterus.* Kuhl l. c. Pag. 41, 215.
- Vespertilio lasiopterus.* Wied. l. c. Pag. 167. Geoffr. l. c.
Pag. 202. Cf. Annales du Muséum Vol. XV. Pag. 109.
Schreb. Säugeth. Suppl. Tab. LVIII. B.
89. **VESPERTILIO LEISLERI.** Kuhl. Schinz l. c. Kuhl l. c. Pag. 46, 215.
90. **VESPERTILIO SCHREIBERSII.** Natterer. Schinz l. c. Pag. 175.
Kuhl l. c. Pag. 185, 214.
91. **VESPERTILIO DISCOLOR.** Kuhl. Schinz l. c. Pag. 187, 214.
Tab. XXV. Fig. 1.
92. **VESPERTILIO SEROTINUS.** Kuhl l. c. Pag. 189, 215. Wied. l. c.
Pag. 160. Geoffr. in: Annales du Muséum l. c. Pag. 194.
Tab. 46. (capt.) Tab. 48. (cranium.) Schreb. Säugethiere.
Tab. LIII.

- La Serotine. Buff. Vol. 8. Tab. 18. Fig. 2. Daubent. Hist. de l'Acad. l. c. Tab. 15. Fig. 2. (capt.)
93. VESPERTILIO DAUBENTONII. Leisl. Schinz l. c. Pag. 176. Kuhl l. c. Pag. 195, 215. Tab. XXV. Fig. 2.
94. VESPERTILIO PIPISTRELLUS. Kuhl l. c. Pag. 197, 215. Wied. l. c. Pag. 160. Geoffr. in: Déscript. de l'Egypte. Pag. 116. Tab. 1. No. 3. in: Annales l. c. Pag. 195. Schreber Säugeth. Tab. LIV.
- La pipistrelle. Buff. Vol. 8. Tab. 19. Fig. 1. Daubent. Hist. de l'Acad. l. c. Tab. 14. Fig. 3. (capt.)
95. VESPERTILIO KUHLIL. Naiterer. Schinz l. c. Pag. 176. Kuhl l. c. Pag. 199, 215.
96. VESPERTILIO MYSTACINUS. Leisl. Schinz l. c. Pag. 177. Kuhl l. c. Pag. 202, 215.
97. VESPERTILIO COLLARIS. Meisner. Schinz l. c.
98. VESPERTILIO EMARGINATUS. Schinz l. c. Pag. 874. Wied. l. c. Pag. 163. Geoffr. in: Annales l. c. Pag. 198. Tab. 46. Tab. 48. (cranium.) Cf. Kuhl l. c. Pag. 381.
99. VESPERTILIO PICTUS. Wied l. c. Pag. 164. Geoffr. l. c. Pag. 199. Tab. 48. (cranium.) Schreb. Säugeth. Tab. XLIX.
- Autre Chauve-souris. Buff. Vol. 10. Tab. 20. Fig. 3.
100. VESPERTILIO BORBONICUS. Wied. l. c. Pag. 165. Geoffr. l. c. Pag. 201. Tab. 46. (capt.)
101. VESPERTILIO NIGRITA. Wied. l. c. Pag. 166. Geoffr. l. c. Pag. 201. Tab. 47. (capt.) Schreb. Säugeth. Tab. LVIII.

102. VESPERTILIO LASTURUS. Wied. l. c. Pag. 165. Geogr. l. c.
Pag. 200. Tab. 47. (capt.) Schreb. Säugeth. Tab. LXII. B.
103. VESPERTILIO NOVEBORACENSIS. Wied. l. c. Pag. 167. Geogr. l. c.
Pag. 203.
Atalapha Rafinesque. Cf. Schinz l. c. Pag. 875.
104. VESPERTILIO SICULUS.
Atalapha sicula Rafinesque. Cf. Schinz l. c. Pag. 875.
105. VESPERTILIO RUBER. Wied. l. c. Pag. 169. Geogr. l. c. Pag. 204.
106. VESPERTILIO ALBESCENS. Wied. l. c. Geogr. l. c.
107. VESPERTILIO VILLOSISSIMUS. Wied. l. c. Pag. 168. Geogr. l. c.
Pag. 204.
108. VESPERTILIO MAXIMUS. Wied. l. c. Pag. 167. Geogr. l. c.
Pag. 202.
109. VESPERTILIO TIMORIENSIS. Wied. l. c. Pag. 165. Geogr. l. c.
Pag. 200. Tab. 47. (capt.)
110. VESPERTILIO NASO. Princ. Max. Schinz l. c. Pag. 179.
111. VESPERTILIO CANTINUS. Princ. Max. Schinz l. c.
112. VESPERTILIO NIGRICANS. Princ. Max. Schinz l. c.
113. VESPERTILIO CALCARATUS. Princ. Max. Schinz l. c. Pag. 180.
114. VESPERTILIO LEUCOGASTER. Princ. Max. Schinz l. c.
115. VESPERTILIO CYANOPTERUS. Rafinesque. Schinz l. c. Pag. 873.
116. VESPERTILIO MELANOTUS. Rafinesque. Schinz l. c.
117. VESPERTILIO MONACHUS. Rafinesque. Schinz l. c.
118. VESPERTILIO PHAIOPS. Rafinesque. Schinz l. c. Pag. 874.

119. **VESPERTILIO MAUGEI.** Schinz l. c. Pag. 875.
120. **VESPERTILIO MYSTAX.**
Hypexodon mystax. Rafinesque. Cf. Schinz l. c. Pag. 172.
121. **VESPERTILIO HUMERALIS.**
Nyctinejus humeralis. Rafinesq. Cf. Schinz l. c.
122. **VESPERTILIO TESSELLATUS.**
Nyctinejus tessellatus. Rafinesque. Cf. Schinz l. c.

XXVI. PLECOTUS. Geoffr. Cuv.

De charactere generico cf. Wied. zool. Mag. Vol. 1. St. 1. Pag. 121. Cuvier règne animal. Tom. 1. Pag. 130. Geoffr. in: Déscript. de l'Egypte. ed. 1. Hist. nat. Tom. 2. Mammifères. Pag. 112.

123. **PLECOTUS AURITUS.** Goldfusz Handbuch der Zoologie, zweite Abtheil. Pag. 458. Geoffr. l. c. Pag. 118. Tab. 2. No. 3.
Vespertilio auritus. Schinz. Das Thierreich eingeth. nach dem Bau der Thiere von Cuvier. Vol. 1. Pag. 137. Kuhl in: Neue Annalen der Wetterauisch. Gesell. Vol. 1. Pag. 27, 214. Wied. l. c. St. 2. Pag. 162. Geoffr. in: Annales du Muséum. Vol. VIII. Pag. 197. Tab. 47. (capt.) Tab. 48. (cranium.) Schaw. general. zool. Vol. 1. P. 1. Tab. 40. Schreb. Säugeth. Tab. L.
L'Oreillard. Buffon. Vol. 8. Tab. 17. Fig. 1. Daubenton. Hist. de l'Acad. des sciences, année 1759. Pag. 379.
Tab. 14. Fig. 2. (capt.)

124. PLECOTUS MEGALOTIS.

Vespertilio megalotis. Rafinesq. Schinz l. c. Pag. 874.

125. PLECOTUS BECHSTEINII.

Vespertilio Bechsteinii. Schinz l. c. Pag. 137. Kuhl l. c.
Pag. 30, 214. Tab. XXII.

126. PLECOTUS BARBASTELLUS.

Vespertilio barbastellus. Schinz l. c. Pag. 176. Kuhl l. c.
Pag. 192, 214. Wied. l. c. St. 2. Pag. 161. Geoffr. in:
Annales du Muséum l. c. Pag. 196. Tab. 46. (capt.)
Tab. 48. (cranium.) Schreb. Säugeth. Tab. LV.
La *Barbastelle.* Buffon Vol. 8. Tab. 19. Fig. 2. Daubent.
Hist. de l'Academie l. c. Pag. 381. Tab. 15. Fig. 3. (capt.).

Circa Hamburgum haec illius familiae animalia reperta sunt:
Rhinolophus ferrum equinum. *Vespertilio marinus,* noctula, mystacinus.
Plecotus auritus, Bechsteinii. Descriptionem et historiam
dedit Kuhl in saepius laudata commentatione de Vespertilionidis
Germaniae atque Bechstein in historia naturalis Germaniae.

MICHAELEM BONIENSIS 1794

INSECTORUM SPECIES NOVÆ VEL MINUS
Cognitæ in agro HAMBURGENSI CAPTAE.

Ex ordine Dipteronum.

L E I A.

Leia. Meigen. Beschreib. der bekannten Europ. zweiflügeligen Insecten. Vol. 1. Pag. 253. Tab. 9. Fig. 11—14.

Obs. Multas species ex genere *Leiae*, *Mycetophilae*, *Sciophilae*, *Platyurae* etc. regio nostra offert. Novas quasdam species generum illorum invenimus; multæ in aliis terris rarius inventæ species, saepius in nostris occurunt, e. g. *Leia flavigornis* Meigen. l. c. pag. 255. cui *Mycetophila sordens* Wied. zoolog. Magazin Vol. 1. St. 1. Pag. 67. no. 9. synonymum adnumeranda est, aestate in floribus *Myrrhidis temulae*, (*Chaerophyll. temul. L.*) campo, ut ita dicam, insectorum venatoribus maxime idoneo, magno numero inveniri potest.

Ex genere Mycetophilae multae et minus notae species
in nostra habitant regione, e. g. *Mycetophila intersecta*,
biusta, *unipunctata*, *monostigma*.

Leia nova atque pulchra (*Leia Winthemii*) aestate no-
vissima prope Wellingsbüttel inventa est.

LEIA WINTHEMII mihi.

D i a g n o s i s.

*L. flava thorace fusco-trivittato, abdome fuscum, basi
flavo-fasciato, alis fusco-maculatis. Long. lin. 3.*

D e s c r i p t i o n.

Antennarum basis flava, flagellum fuscum. Hypostoma pallide
flavidum, vertex fuscus. Thoracis vitta media antice latior, secun-
dum totam longitudinem linea flava divisa; vittae laterales antice
abbreviatae, postice convergentes; scutellum et metathorax medio
fuscum; pleurae pallidissime flavidae. Abdominis segmentum primum
omnino fuscum; secundum tota basi flavidum; tertium macula utrin-
que transversa baseos flava; in quarto et ceteris vix maculae baseos
laterales adparent. Alae maculis aliquot fuscis, quarum nonnullae
versus apicem fasciam angulosam referunt. Venarum decursus sicu*ri*
in Meigen Tab. IX. Fig. XI. Halteres et pedes pallidissimo-flavidi;
tarsi et femorum posticorum apex fuscus.

D O L I C H O P U S.

Dolichopus. Latreille. Genera crustaceor. et insectar. Tom. IV.

Pag. 291.

Obs. Plures hujus generis species novae in agro nostro occurunt, quarum sequentes quatuor juvenis egregius Gaielius a Winthem haud longe a pago, Eppendorf vocato, invenit. **venit.** **DOLICHOPOUS NERVOSUS.** Wied. in lit.

D i a g n o s i s .

D. *viride-aureus, antennis ferrugineis apice nigris, tarsis anticus lobulo antapicali, alarum venis solito crassioribus, quarta apice valde arcuata. Long. lin. 2 $\frac{1}{2}$ -2 $\frac{3}{4}$. ♀. ♂.*

D e s c r i p t i o .

Statura gracilis **D.** *platypteri* Fabr. Antennarum articulus tertius brevissimus, apice niger. Hypostoma viride, albo-micans; proboscis lutea; frons laete-aenea, in mare albo-, in femina flavido-micans. Color trunci in femina multo magis viride-aureus quam in mare. Thorax certo situ flavescens et tunc vittis duabus obscuris signatus; pleurae albo-micantes. Abdomen albido-pubescentia. Cauda uncinata maris appendicibus duobus longissimis, filiformibus, plumatis. Alae parum flavidae: vena transversa ordinaria etiam arcuata. Halteres et pedes pallide flavidi; tarsorum summus apex niger; tarsi anticus ponit apicem lobulo parvo externo, in mare magis conspicuo.

DOLICHOPOUS DISCIPES. Wied. in lit.

D i a g n o s i s .

D. *thorace aeneo, abdome cupreо, alis infumatis, pedibus VI flavidis, anticus in mare disco-nigro terminatis. Long. lin. 2 $\frac{1}{2}$. ♂. ♀.*

Descriptio.

Antennae nigrae, seta elongata; hypostoma argenteo-micans. Thorax yittis quatuor fuscans obsoletis, pleurae sub humeris luteae, ceterum aeneae, albo-micantes. Abdomen plus minus cuprascens; maris cauda uncinata, lutea, lamellis superioribus angustissimis, valde elongatis, nigris, setis longis terminalibus, inferioribus brevioribus, nigris absque setis. Alae parum infumatae, ima basis lutea; vena longitudinalis quarta apice parum arcuata; halteres ferruginei. Pedes dilute-flavidi; tarsi nigricantes, anticorum apex maribus in discum nigrum dilatatus.

DOLICOPUS BIPUNCTATUS. Wied. in lit.

Diagnos. s.

D. aeneo-viridis, thorace nigricante, alis punctis duobus fuscis. Long. lin. 2½-3.1 mm. abd. 1.1

Descriptio.

Antennae nigrae, seta brevi deflexa. Hypostoma laete aeneo-viride, parte inferiore flavo-micans. Frons nigro-fusca; oculi albo-micantes. Thorax submetallico-nigricans, certo situ antice lineis obsoletis flavidis; pleurae aeneae cupreо mixtae et albo-micantes. Abdomen sordide aeneum, utrinque albo-micans. Alae sublimpidae, puncto altero in vena transversa ordinaria, altero apice propiore. Halteres ferrugineo-flavidi, capitulo fusco. Pedes aeneo-virides, tarsis nigricantibus.

DOLICHOPOUS FRÆCOX. Wied. in lit.

Diagnos. s.

D. aeneus, thorace lineis duabus dilutionibus, antennis nigris, hypostomate albo, alis limpidissimis. Long. lin. 13-2.

Descriptio.

Seta antennarum brevis, deflexa. Hypostoma omnino album; frons fusca. Color aeneus ubique ex viridi in cupreum ludens, haud valde nitens; pleurae albo micantes. Alarum vena longitudinalis quarta apice haud arcuata; halteres silacei. Pedes aeneo-virides.

P H O R A.

Phora. Latreille. Genera erustaceor. et insector. Tom. IV. Pag. 359.

Trinervia. Meigen Classific. und Beschreib. der Europ. zweyflüg. Insecten. Vol. 1. Pag. 342. Tab. XV. Fig. 18-23.

PHORA PICTA. Wied. in lit.

Diagnos. s.

P. lutea, abdomine bifariam nigro-maculato. Long. lin. 14.

Descriptio.

Antennae ferrugineae, caput silaceum. Thorax melleus, lineis obsoletis pallidis vittas tres saturiores separantibus. Pleurae dilutiores. Abdomen silaceum, singulo segmento maculis binis nigris,

in primo segmento ita conjunctis, ut nonnisi margo posticus silaceus remaneat, in ceteris segmentis basi conjunctis apicem versus rotundatis, spatium trigonum silaceum inter se habentibus. Alae flavidae, Pedes dilatissime flavi, summus apex femorum posticorum nigricans. Parvulum hoc animal memorabile circa Wellingsbüttel captum est.

S C I A R A.

Sciara. Meigen Beschreibung der bekannten Europ. zweyflügeligen Insecten. Vol. 1. Pag. 276. Tab. 4. Fig. 1-4. (Molobrus.)

Molobrus. Latreille. Genera crustaceor. et insector. Tom. IV. Pag. 263.

SCIARA ABDOMINALIS. n. sp.

D i a g n o s i s.

S. atra, alis nigricantibus costa obscuriore, abdominis primo segmento fuscescente, reliquis crocatis.

D e s c r i p t i o.

Magnitudo Sc. Thomae. Caput nigrum, griseo-micans; antennae nigrae, certo situ canescente-micantes. Thorax vittis tribus dorsibus griseis. Pectus magis canescens. Abdomen laete croceum, primo segmento, ultimo apicis caudaeque tantum fuscescentibus. Femora subtus crocea, supra tibiis tarsisque fuscis. Halteres crocei, capitulo fuso. Alae nigricantes venis costalibus obscurioribus.

Obs. Species et magnitudine et colore distinctissima, prope Ottensen ad ripam Albis lecta.

A E D E S.

Aedes. Hoffmannsegg. Meigen Beschreibung der bekannten Europ. zweyflügeligen Insecten. Vol. 1. Pag. 13.

Obs. Bestiola memorabilis, ex qua Comes de Hoffmannsegg. genus illud, ac Meigen ignotum, constituebat, saepius ♂ tamen rarius quam ♀ — in pratis humidis Eppendorfi invenitur. Unica tantum hujus generis species, *Aedes cinereus*, nota est.

A E D E S C I N E R E U S. Hffgg.

D i a g n o s i s.

A. thorace fusco-brunneo, rubido-piloso, abdome obscuriore, pedibus pallidis, alis immaculatis. Long. lin. 2½-3.

D e s c r i p t i o.

Caput, antennae et palpi nigro-fusci; oculi nigricantes. Thorax fusco-brunneus, pilis brevibus rubidis tectus, pectore lateribusque pallidioribus, magis cinerascentibus, nitidis. Abdomen supra fuscum, obscurum, pilis longis cinereis tectum, incisuris anque parum cinerascentibus; subtus concolor, sed paullo pallidior, pilis cinereis, micantibus. Halteres pallide-flavi. Femora pallida, tibiae tarsique obscuriores. Alae limpidae, venis fusco-pilosis.

C H I R O N O M U S.

Chironomus. Meigen Beschreibung der bekannten Europ. zweyflügl. Insecten. Vol. 1. Pag. 18. Tab. 2. Fig. 1-7.

C H I R O N O M U S S C A L A E N A.

Tipula scataena. Schrank Fauna Boica. Vol. 3. Pars 1. Pag. 73. No. 2324.

D i a g n o s i s.

C. *nigricans*, *pedibus pallidis*, *alis albis*, *punctis tribus nigris triangulariter positis*.

D e s c r i p t i o n.

Caput nigricans; antennae fuscae. Thorax nigricans; cinereo-pilosum, ano nitidiore. Halteres et pedes pallidi, geniculis obscurioribus. Alae albae, punctis tribus nigris, primo ante medium in margine interiore, secundo pone medium in margine interiore, tertio in margine exteriore, secundo opposito et cum illo fasciam medio interruptam formante.

Hanc speciem, Meigen laudatissimo non notam, saepius Mense Julio in agro nostro invenimus.

Ad Diptera nostrae regionis cl. Meigen ignota numeranda quoque est:

L I M N O B I A P I L I P E S. Hfsgg.

Limnobia. Meigen Beschreibung der bekannten Europ. zweyflüg. Insecten. Vol. 1. Pag. 116, 150. Tab. 4. Fig. 10-20. Tab. 5. Fig. 1-8. Tab. 6. Fig. 1-17.

Limonia. Latreille. Genera crustaceor. et insector. Tom. IV. Pag. 263. Meigen. Classificat. und Beschreib. der bekannten zweyflüg. Insecten. Vol. 1. Pag. 53. Tab. III. Fig. 11-17.

Tipula. Ent. syst. Vol. IV. Pag. 242. No. 39. Syst. Antl. Pag. 32. No. 41.

D i a g n o s i s.

L. *fusca*, *alis fuscouscentibus venis puncto que apicis obscurobus*, *pedibus piceis*, *tibiis femoribusque posticis apice cinereo-pilosis*. Long. corpor. lin. 4.

D e s c r i p t i o n.

Antennae et palpi basi flavi, apice nigri. Frons fusco-brunnea, nitida, orbita oculorum alba. Thorax fusco-brunneus, lateribus ochraceis, vitta dorsali lata cinerea, per lineam nigram longitudinaliter

divisa. Pectus cinerum, obscurius tessellatum; scutellum ferrugineum. Abdomen fuscum, segmentorum latera et margines flavicantes. Anus ferrugineus. Pedes picei; femora versus apicem annulo obscuriore notata; tibiae omnes femorumque posticorum apex pilosus: pilis longis cinereis; tarsi fusti. Halteres picei, capitulo fusco. Alae fuscescentes, venis crassis obscurioribus et punto distincto fusco ad marginem exteriorem.

G O R E T H R A.

Corethra. Meigen Beschreibung der bekannten zweyflüg. Insecten.

Vol. 1. Pag. 14. Tab. I. Fig. 18-23.

Obs. Tres hujus generis species a cl. Meigen celebratas in regione nostra habitant, sed pauca tantum e specie *Corethrae pallidae* animalia iuvenimus. *Corethram culiciformem* debet Guglielmo a Winthem, qui Entomologiae studiosissimus animalia quaedam, neque tamen feminas ex illa specie, quam ipse Meigen, cum librum scriberet, saepius laudatum, autopsia nondum cognoscetabat, non longe ab Eppendorfio invenit.

CORETHRA CULICIFORMIS. Meigen l. c. Pag. 16.

D i a g n o s i s.

C. thorace fusco, lateribus pallidis vittisque tribus griseis, abdомine pedibusque piceis. Long. lin. 8.

D e s c r i p t i o.

Caput, palpi, antenaeque fuscae; oculi nigri. Thorax nigro-fuscus: vittis tribus griseis; latera pallida. Pectus cinereum. Abdomen piceum, pilis longis tectum, incisurae griseae. Halteres pallidi. Pedes picei, geniculis parum obscurioribus. Alae paululum fuscescentes.

In prato humido non longe ab Eppendorfio anno novissimo *Macrochiram manicatam* (*Ochter. manicat.* Latr. *Tephrit. manicat.* Fabr.) cepi, quod insigne et rarum animal saepius in nostra regione capi posset, si modo diligenter Entomologiae studiosi terras nostras insectis novis et rarissimis cujuscunque fere generis ex ordine Dipterorum locupletes disquirere vellent.

J. G. C. Lehmann, Dr., *Physices et hist. natural. P. P.*
h. a. Gymnasii Rector.

Proxima aestate:

die Lunae, Martis et Jovis, hora I-II, botanicen theoreticam et practicam *publice* tradet, quam vivorum vegetabilium demonstratione ita tractabit, ut ipsa contemplatione et perpetua *avtouia* Auditores ad accuratam et veram hujus disciplinae cognitionem perveniant.

Physicen experimentalē et botanicen medicam *privatim* explicabit, diebus horisque definiendis.

Excursiones botanicās cum Auditoribus horis pomeridianis die Mercurii instituet.

~~Intermissione sequente.~~ die Lunae, Martis, Jovis et Veneris, hora I-II, historiam naturalem, propria secururus dictata, *publice* tradet.

die Mercurii et Saturni, hora Auditoribus commoda, historiam naturae animalium domesticorum et venaticorum ex schedis suis *privatim* docebit.

Johannes Mauritius Henricus Gericke, J. U. L.,
Moralium Prof. P., Collegii Professorii Senior.

Per totum anni instantis spatium *publice* diebus *Lunae, Martis, Jovis et Veneris*, hora ab XI in XII, *methodum studendi in litteris*, in primis

in academia observandam, ex principiis sanae rationis et experientiae ita tradet, ut cuique litterarum studioso proficiat. Hisce lectionibus finitis, alias adjunget, in quibus, quae sint obligationes quae jura civis academicci, docebit.

Nec *privatis* commilitiis deerit, si qui sint cives Gymnasii, qui *Ethicam rationalem* duce Joh. Aug. Eberhard perlustrare cupiunt, hisque lectionibus horas *easdem* diebus *Mercurii* et *Saturni* duasque alias, in quibus auditores a preelectionibus in Gymnasio vacant, dicavit.

Joannes Gurlitt, *Hebraicarum literarum Professor publ.
in Gymnasio et Joannei Director, Civibus Gymnasii S.*

Anno praeterito in Hebraicis scholis *Exodi Mosaicae partem posteriorem* tractavi, eaque absoluta, e prophetis minoribus *carmen Joelis* explicavi, poëtae, qui et sublimitate ingenii, et ornatu artificioque poetico, praeter *Jesajam* et *Habacucum*, vix habet in popularibus suis parem. His tamen binis per hebdomadem scholis, in quibus antehac cives Gymnasii coniunctim cum civibus primi ordinis Joannei Hebraica me duce tractabant, cives Gymnasii, semestri hiberno aliis lectionibus intentos non interfuisse, eo magis doleo, quo magis in iis omnes interpretis partes pro viribus explere studui, ita ut etiam graecam *Alexandrinorum interpretationem*, cognoscendae N. T. graecitati utilissimam et plane necessariam, diligenter cum hebraicis conferrem et critice explicarem. — Alteris binis per hebdomadem scholis, quibus et veterani quidam e primis Joannei civibus operam dederunt, *Psalmorum librum quintum* explicavi.

In Graecis, *Pindari carminibus Nemeis* explicandis vacavi, in quorum interpretatione accurata disciplina quaedam poëtas antiquissimos, etiam hebraicos, tractandi inest.

Jam anno scholastico insequenti *Jesaiae oracula*, vel, si cives malint, *Jobi carmen* commentario perpetuo illustrabo. In graecis autem scholis quum Pindari Nemea absolvero, sepositis aliquamdiu scriptoribus profanis, in *Pauli epistolas Philippenses, Colassenses et Thessalonicenses* grammatica, historica et exegética, uno verbo critica interpretatione commentabor. Neque est, commilitones, quod de poëtis graecis tantisper in Gymnasio omittendis conqueramini, quum in Joannei scholis, Homero, cuius Iliadem absolvimus, ad tempus seposito, anno proxime sequenti *Sophoclis Oedipum Regem* tractare constituerim, dummodo in his operam mihi dare velitis assiduam et diligentem.

In hac autem lectionum commutatione hoc potissimum spectavi, ut critica unius alteriusve librorum N. T. explanatione ante discessum in academiam vestrum exemplo aliquo discatis, doctrinæ et rationis rectae ope scripta sacra interpretari plane aliud esse, quam vel antecaptis et e vulgari Theologiae compendio haustis opinionibus ductum, vel pietatis sensibus mysticis, hoc est, a spiritu sancto inter legendum in animo excitatis commotum atque adeo saepe in transversum actum in illis legendis versari, indeque mira somnia et deliramenta opinionumque monstra et portenta eruere, quae coram plebe imperita et tractabili fastuose et arroganter mox effutias. Talia somnia et deliramenta, nullo fundo in scr. s. nixa, sunt v. c., quae quidam nunc de diabolo, omnis mali, non moralis solum, sed horrendum dictu-

etiam physici, pestium, tempestatum, terrae motuum, morborum etiamnum auctore praedicant, quae item de natura humana, omni vi ad recte agendum plane destituta, et de virtute, quae non ex fide, scilicet ipsorum carbonaria (*αλογη*, irrationali) oriatur, omnino spernenda pronuntiant, quae denique de rationis ad animi immortalitatem confirmandam argumentis, tanquam auctore diabolo prolati, praecipiant, ut heterodoxi et Augustiniani *), non orthodoxi et biblici Theologi dicendi videantur.

Ad talia autem opinionum commenta vitanda *tria tenenda sunt*, Juvenes humanissimi, quae breviter attingam. *Primum* est, utrumque codicem sacrum explicandum esse ex legibus Hermeneutices communibus, ideoque, ut quemlibet alium librum antiquitatis, ex lingua, moribus, opinionibus, et cogitandi cogitataque eloquendi

*) Ut videatis, quam heterodoxus sit Augustinus, quem sanctum nunc etiam multi Protestantum appellant, ~~perlaetate modo libellum~~ praeclarum Wiggersii: pragmatische Darstellung des Augustinismus und Pelagianismus. (Berl. 1821. 8.) Ex quo unum Augustini dogma hic exscribere lubet, ut hominis insanias uno exemplo cognoscatis: Durch die Verführung der Eva hat sich der Teufel ein Recht auf die Menschheit erworben, wodurch sie seiner Herrschaft unterworfen wurde. Dieses wohl erworbene Recht des Satans durfte Gott, wenn er nicht ungerecht sein wollte, nicht kränken, er durfte die Menschheit nicht mit Gewalt der Herrschaft des Satans, der ein so grosses Unglück über sie brachte, entreissen. Nur dadurch, dass Christus für die Menschen litt, widerfuhr dem Teufel sein volles Recht, und nur durch seinen Tod konnten die zur Seligkeit bestimmten Menschen, ohne dass eine Ungerechtigkeit gegen den Teufel begangen ward, von seiner Herrschaft befreit werden. S. 354.

modis, illo tempore, quo scriptus, et in illo populo, cui scriptus est, usitatis; nullo autem modo scripturam sacram suas et proprias poscere sibi interpretandi regulas. *Alterum* est, scripta sacra non Philosophos, non Dialecticos et Grammaticos auctores habere, qui mentis animique sensa *λαοι βέστας* verbis expresserint, ut nusquam dictio aut uberior sit aut parciор, ut nusquam obscure quid aut ambigue dictum sit, quod non rationis adiumento vel limitandum, vel amplificandum, vel illustrandum et ulterius patefaciendum sit, ut v. c. in locis de praedestinatione, de inimicorum et hostium amore, etiam in iis, qui secum pugnantia (*επαντίκημα*) tradere videntur. Unde etiam sequitur, verba et locutiones scriptorum sacrorum non ubique urgenda esse et dialectice premenda, sed ex usu hominum in vita communi loquentium accipienda, qui laxius quaedam, alia angustius, pro re nata aut prae animi impetu enuntiare solent. Accedit, quod lingua utriusque codicis sacri est notionibus obscuris et vagis verbisque plura significantibus plena, qualia v. c. sunt *πνευμα* et *πνωτις*; quae in quovis loco ad nostrum loquendi modum referri et dilucide exprimi debent: quod quidem fieri non potest, nisi doctrinae copia et rationis mentisque vi et acumine. Ite nunc, boni iuvenes Theologi, a malis doctoribus corrupti, et, rationis rectae auctoritatem in Theologia Christiana plane nullam esse porro contendendo, risui vos et ludibrio omnium intelligentium exponite! *Tertium* est, quod suadeo, ut Novum imprimis Test. omnibus praeiudicatis opinionibus liberi et tanquam nondum quidquam de doctrina Christiana compertum habeatis, attente et diligenter perlegatis indeque singula quaeque ad dogmata quaeque pertinentia notetis et inter se conferatis. Sed verbo hoc monuisse sufficiat.

Haec tria, quae dixi, si observabitis, commilitones humanissimi vestris, non alienis oculis videre, vestra, non aliena auctoritate stare disceatis, et multa dogmata a Grammaticae ignorantia, (a qua magnus Scaliger omnes in Theologia errores derivabat) ab argutandi libidine, ab opinionum praceptorum denique temeritate et rationis absolutae contemptu in doctrinam Christianam illata esse reperietis, stare autem inconcussam nec unquam convellendam illam doctrinam gaudebitis, quae salutem humanam in hac et altera vita complectitur. Sic, ut unum afferam, ab initio usque ad finem librorum N. T. a Joanne, Jesu, Apostolis primo praceptum μετανοεῖτε, (*poenitentiam agite*) et *plane novum hominem* (*novam animi indolem*) *induite* *), deinde alterum, *amor erga deum et homines omnium studiorum et factorum vestrorum fons sit et causa*, tanquam primaria, quibus tota doctrina Christi contineatur, iussa inculcata animadvertis, non fidem istam πολυθρυλλητον. Haec enim sive sit fiducia in Jesu persona collocata, sive assensio, quae eius doctrinae praebetur; nascitur profecto tum demum et constanter tenetur, quam veritas doctrinae ipsius et praestantia mente, animoque et vita cognita est et explorata. Qui igitur illam fidem simpliciter et absolute poscunt, boni quidem esse possunt homines, sed mali Logici esse deprehenduntur, quam ὑστερον προτερον faciant et vitium circuli in concludendo; s. petitionis principii, quod vocant, committant, h. e. demonstrandum pro demonstratione ponant. Melior Logicus est Paullus, qui 1 Cor. 10, 17: ait: der Glaube kommt aus der Predigt.

* Ad illustrationem huius locutionis facientia quedam reperietis in Epiphani, patris ecclesiae veteris, scriptis, quae non statim reperire potui; non animadversa illa, ni fallor, a Lexicographis et interpretibus Novi Test.

Jam valete, cives, et studiis nostris porro favete. — Hora scholarum mearum publicarum est duodecima dierum Lunae et Martis, et tertia pomerid. dierum Jovis et Veneris; privatarum hora secunda dierum Mercurii et Saturni. — Scr. Hamburgi d. 20. Mart. 1822.

**Carolus Fridericus Hipp, Matheseos Professor Publicus
in Gymnasio et Joanneo.**

Priore semestri publice repetam *Elementa Arithmeticæ et Geometriae*; ut, si qui forte animo minus attento sederint in mathematicis Joannei scholis, proiectiorum exemplo excitentur ad acriorem audiendi discendique diligentiam; *privatim autem e Mathesi Applicata ea præcipue tractanda sumam*, quae conformat auditorum ingenia, ut physicas acroases, instrumentorum usu illustrandas, cum fructu frequentare possint.

Posteriore semestri publice exponam Elementa Algebrae, cuius frequente usu nihil magis inserviat caeteris matheseos doctrinæ facilius percipiendis. *Privatis denique scholis interpretabor Arati Phænomena*, unde intelligi possit, qualem veteres, litteris Alexandriae et Romæ florentibus, coeli terraeque speciem animo conceperint.

Docebo publice d. Jovis et Veneris h. XII.

privatim d. Jovis et Veneris h. IV.

J. C. A. Grohmann, *Philos. theoret. et Eloquent. P. P.*

Publicis proximae aestatis scholis continuabo h. X. *philosophiae Encyclopaediam* et proponam *Metaphysicen*, *Psychologiam* aliasque ad *theoreticam philosophiam* pertinentes disciplinas.

Commilitonibus ad Gymnasium accendentibus aperiam *novum illarum disciplinarum cursum* et tradam quidem *publice Logicen*, prosequuntur hunc quidem cursum ad hibernas lectiones.

Privatim nec deero in regendis illis consuetis et *dicendi et scribendi exercitationibus*, ad usum philosophiae aliarumque bonarum artium accommodatis.

C. F. A. Hartmann, *Prof. Historiarum in Gymnasio publicus, Biblioth. Civ. Praefectus.*

Anno proximo publice historiam, quam catholicam dicunt, quaternis per hebdomadem lectionibus explicabo, quas ita disponere libet, ut semestri aestivo eam partem absolvam, quae a primis temporibus usque ad finem seculi post Ch. n. quindecimi pertinet; hiberno vero id spatium percurram quod inter illam epocham et mortem Friderici secundi, magni Borussorum regis, interest.

Scholae privatae per aestatem habendae tres sunt: 1) de disciplinis quae historiae auxiliares nominari solent 2) de historia novissimorum temporum a morte regis Friderici usque ad nostram aetatem

3) de encyclopaedia disciplinarum, quae studium Jurisprudentiae complectuntur et de ratione studium hujus doctrinae recte instituendi. Hieme alteras tres praelectiones habebo, traditurus 1) historiam Asiae, Africae et Americae a seculo post Ch. n. quindecimo usque ad finem seculi decimi octavi. 2) historiam literariam. 3) historiam Reipublicae nostrae Hamburgensis. Neque iis deero, qui ad encyclopedica studia, quae supra commemoravi, incumbere velint.

Publice docebo diebus Mercurii, Jovis, Veneris et Saturni
hora 8 — 9.